

res referens, eleganterque comprobans dictam resolutionem, Galdas in l. si curatorem habens, verb. Cum non absimilis, ex num. 9. ubi late agit explicatione text. in l. & mulieri, Digest. de curator. furios. & ibi num. 13. & 14. de masculo luxurioso, & libidinoso, & num. 18. de muliere coniugata libidinosam an ei detur curator? Cevallos in q. 833. per totum; ubi bene comprobatur resolutionem Gomezii eum laudans, & contrarium tenentes Tiraquel. de legibus connubialibus l. 9. num. 71. Gutierrez in tractatu de tutelis, & curis, 1. part. cap. 9. num. 23. & 24. ubi num. 25. ait, quod licet masculus luxuriosus non privetur bonorum suorum administratione, privabitur tamen alienorum, veluti si pater luxuriose vivat auferretur sibi administratio bonorum filii; qui scilicet Gutierrez in tract. de tutelis, 3. part. cap. 15. ait, nunquam vidisse curatorem dari femine luxuriose, Quasda diversarum quast. cap. 32. n. 28. ubi de masculo luxurioso, Farinacius in fragment. verb. Mulier inhonesta, n. 293. eos vide, & Collam in cap. si pater, verb. Legavit ex num. 4. nec non Fachinæum lib. 2. controversiarum, cap. 66. vers. Quinta controversia, &c. & plures referentem Pichardum in resolutione, de acquir. hered. cap. 31. num. 14.

Denique de prohibitione tutoris, & curatoris, ne possint contahere cum minore, & etiam de prohibitione Judicis, & Advocati & Medici, de quibus noster Gomezius, vide que diximus supra, in cap. 1. hoc num. 2. & Gutierrez in tractatu de tutelis, 2. part. cap. 15. ubi de contractu tutoris cum minore, de quo etiam in tractatu de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 40. Tuschus littera T. conclus. 451. Mantica de conventionibus, lib. 4. tit. 13. Duenas in regul. 31. incipit, Administratoris, Burgos de Paz consil. 3. num. 50. Bobadilla in Politica, l. 3. cap. 8. n. 89. Galdas in l. securatorem, verb. Contractum fecisti, &c. & Fachinæus lib. 11. controversia. 45. & 46. ubi de tutore mutuo accipiente pecuniam pupilli, & an possit sibi ipsi solvere.

Item de contractu Medici cum infirmo, videntur sunt Gomezius de infirmis resignantibus, quast. 9. vers. Undecimum, ubi late adducit, & congerit omnia de infirmis, Gutierrez de juram. 1. part. cap. 57. ubi de promissione excessiva facta Medico Fachinæus lib. 2. cap. 25. Villadiego in Politica, cap. 5. §. 5. num. 27. ubi de Medico pacifcente cum infirmo, Seaccia de commerciis §. 1. quast. 1. num. 557. & quast. 7. part. 2. ampliat. 19. num. 124.

35 Quod requiratur speciale mandatum, & quale, ad petendam restitutionem, videntur sunt Tiraquel. in tract. res inter alios; ubi limitat si incidenter petatur, & plures, quos refert Cevallos, q. 134. tom. 1. & Gratianus discipul. 105. num. 25. & c. 337. & 401. Pichardus in §. procurator, Instit. de iis per quos agere possunt num. 34. l. 4. Farinacius quast. 99. n. 62. & deusf. 52. l. 1. Gregorius in l. 1. §. tit. 5. part. 3. Barbosa in l. 3. Digest. soluto matrimonio, ex num. 13. ubi de patre, vel consanguineo petente, Barbosa de clausulis, clausul. 35. n. 31. qui alios refert, & limitat.

36 Item adde quod in contractu pro redemptione captivi non habet locum restitutio ut probat Lara in tract. de Annivers. cap. 23. n. 8. ubi multa specialia congerit in qualibet dispositio nepro redemptione captivorum.

37 An autem restitutio impediatur executionem sententia transeat in auctoritate rei iudicatae; videndus est Suar. in l. post rem iudicatum, vers.

Sed providentia, n. 44. & seqq. ubi Valdefius; Pichardus lib. 2. quoridianarum, cap. fin. §. p. §. 11. n. 53. & 54. Avendanus cap. 30. Prator. 2. part. n. 7. Tuschus lit. R. conclus. 293. Narbona in tractatu de arate, anno 25. quast. 54. ex num. 15. ubi quod licet restitutio denegetur, non tamen denegabitur si exiguo pretio bona venierint, Cevallos tom. 3. quast. 830. & tom. 5. quast. 125. ubi affirmativè resolvit, & late disputat: vide etiam Fachinæum lib. 12. cap. 16. 17. & 18. Flores de Mena quast. 5. n. 71. & seqq. & quod executio possit fieri intra terminum petendæ restitutionis, Castillo l. 63. Tauri.

Item an minor restituatur si deficiat in solemnitatibus appellationis ad Concilium civitatis, vulgo: Al ayuntamiento, late Cevallos, tom. 3. quast. 749. ex n. 28 quod non Pichard. in manducationibus, 4. part. 2. precepto, n. 5. ubi de omnia appellatione, & an adversus eam restituitur; Barbosa in Collect. cap. Quoad consultationem, de re iudicata, n. 8. Ouald. lib. 17. cap. 4. lit. R. & cap. 25. lit. P, ubi de recusatione omilla; & vide infra, num. ...

Item an minor restituatur adversus amissionem bonorum eb adulerium? vide Cevallos quast. 832. tom. 3. n. 26. & Gutierrez lib. 3. q. 34. Et an ob non petitum tutorem pupillo? Colla in cap. si pater, 2. part. verb. Ipse pauperibus, num. 3. Gutierrez de tutelis, 1. part. c. 16. n. 98. & alios referens Narbona de arate, anno 25. q. 30. Azevedus l. 1. tit. 4. lib. 5. num. 4. & vide etiam Gutierrez in tractatu de tutelis, 1. part. cap. 7. n. 31. ubi quod minor viginti quinque annis dolose acceptans tutelam non restituitur.

Item an minor restituatur adversus pacem seu translationem factam propter delictum; quod non Gutierrez in tractatu de tutelis, 1. part. c. 11. n. 72. cum Farinaco in praxi, quast. 15. n. 26. & seqq. Fachinæus lib. 9. cap. 44. & 44. Caneius variarum, 2. part. cap. 1. n. 248. & 255. ubi quod restituatur ad concordiam omillam, Gratianus discipul. cap. 518. & novissimè Narbona in tractatu de arate, anno 25. q. 19. late

Quadrimum quando curat ad petendam restitutionem, his qui veniam atatus impetraverunt pro antea gestis: vide Galdas in l. securatorem habens, §. contractum fecisti, n. 22.

Judex minor an restituatur: Bobadilla lib. 1. cap. 7. n. 30. in Politica. Et quid in Taballione minore, Azeved. l. 13. tit. 1. 25. lib. 4. Recopilations, ex num. 63.

Rescilio contractu per restitutionem, quid de meliorationibus factis in re; vide Barbosa in l. 8. §. final. Digest. soluto matrimonio, num. 44. & seqq.

In restitutione ad appellandum quomodo debeat verificari latio, vide Barbosa in Collect. c. cum sit Romana, de appellat. n. 11. & seqq. Ouald. l. 28. 67. lit. X. Azevedum l. 1. tit. 1. l. 4. Recopilat. n. 40. & seqq. Padilla de lege parali, 2. part. c. 40. n. 5. & D. Larream deusf. Granat. 78. ubi de restitutione in materia supplicationis, & d. 70. num. 8. & 33. Flores de Mena q. 5. ex n. 6. Narbona de arate, anno 25. q. 23. n. 15.

Restitutio concessa, æqualitas debet observari ex utraque parte, & res restitui cum fructibus, explicat optimè Pichardus in §. extraneis, Instit. de heredum qualitate. n. 37. 41. & 56. & in reper. l. Gallus, in princ. cap. 7. n. 197. Covar. lib. 1. variar. c. 3. ex n. 1. Gamma deusf. 312. n. 1. ubi Flores de Mena Maltrillus dec. 21. sub. n. 5. part. 2. Gutierrez consil. 15. n. 21. & lib. 4. practiarum, quast.

quast. 69. S. r. d. deusf. 25. Caneius variarum, 2. part. c. 11. num. 287. & plures referens Herinolla in leg. 4. tit. 3. part. 5. glof. 12. n. 44. & advertendum; quod ut restituo locum habeat, res debet esse integra, ut ex pluribus docet D. Larrea d. 59. n. 20. & deusf. 70. n. 24.

An verò minor impediatur petere restitutionem quando potest agere adversus procuratorem vel tutorem? videntur sunt Tuschus littera M. conclus. 258. Oddu. de integritate restitutionis quast. 22. art. 5. per totum, Barbosa in Collect. l. 3. C. si tutor vel curator intervenit. Morla in empirio, tit. 5. in premissis, ex num. 17. usque ad 20. Flores quast. 1. ex n. 9. Herinolla in leg. 4. tit. 3. part. 5. glof. 12. num. 40. & 41. Caneius variarum, 2. part. cap. 1. num. 285. & 3. part. cap. 2. num. 88.

Item an restitutio concedatur in spiritualibus; seu beneficiis videntur sunt Covar. lib. 1. variarum, cap. 5. num. 3. ad finem, & per totum, ubi tenet quod sic. Barbosa alios referens in collectanea ad caput 8. & verum permata tione: Et de universa iure Ecclesiastico, lib. 3. cap. 15. n. 14. Gomez Bayo in praxi, quast. 60. Morla in empirio, tit. 5. quast. 3. per totum, Sanchez de Marimonia, lib. 7. instituat. 37. ubi late

Item adde quod restitutio non conceditur minori adversus probationem omillam in via executiva tempore decem dierum, ut docet Azevedus in l. 3. tit. 8. lib. 4. Recopilations, num. 35. Parladorus tamen lib. 2. quoridianarum, cap. final. §. 5. part. 8. 10. num. 12. versiculo; Sed & illud, &c. contrarium tenet, imò restitutionem concedendam; eum vide, & Didacum Gomez Bayo in praxi, quastione 148. lib. 2. ubi etiam affirmativam sequitur, plura non arguentia immittens; & vide Caneius, 1. part. c. 1. num. 264. & cap. 3. num. 46. ubi de restitutione adversus executionem i. strumentum.

Item quod minor non restituatur adversus non impletum preceptum testatoris, seu conditionem; probat lausimè Larrea deusf. Granatensis 59. per totum, & idem si non impleat preceptum legis; & Pareja de editione, tom. 2. tit. 9. resolutione 5. ex num. 5. Caneius 1. part. cap. 13. n. 38. Fachinæus lib. 8. cap. 49. ubi an concedatur restitutio adversus nuntiationem novi operis spectat; & lib. 8. cap. 105. & lib. 10. cap. 2. ubi an restituitur adversus contumaciam teneatur restituere expensas adversario; Costa lib. 2. sefellanum; cap. 4. num. 2. vide de minore qui non paruit conditioni sub qua fuit institutus; quod restituatur.

Item adde quod si statutum tollit exceptiones, non intelligitur sublata restitutio, ita ex aliis docet Gratianus regula 438. num. 15. Tuschus lit. R. conclus. 296. late.

- 1. Usufructuarius, an teneatur facere omnia, que concernunt utilitatem rei.
- 2. Si usufructus, sit concessus in pecoribus, & animalibus, an partus eorum pertineant ad usufructuarium.
- 3. An usufructuarius teneatur solvere debita proprietarii antea contracta.
- 4. An proprietarius possit vendere proprietatem sine voluntate usufructuarii.
- 5. An filius possit vendere proprietatem, in qua pater habet usufructum cum juramento.
- 6. Si filius familias facit contractum, ex quo efficitur sit obligatus, & habeat bona adventitia, in quibus sibi pertinet sola proprietate, & usufructus (pertinet patri; executio) an possit fieri per iudicem in proprietate.
- 7. Si filius familias fecit aliquid delictum propter quod bona veniunt confiscanda, an confiscetur proprietate bonorum adventitiorum, in quibus habet usufructum.
- 8. Si filius committat delictum, per quod bona veniant confiscanda, an confiscetur peculium sibiens.
- 9. An peculium profectuum confiscetur quando filius committit delictum, per quod bona confiscantur.
- 10. An usufructuarius possit vendere, vel donare usufructum quem habet.
- 11. Si usufructuarius committat delictum quo veniant bona confiscanda, an usufructus confiscetur.
- 12. Quibus modis usufructus amittatur.
- 13. Si partes ex parte agant, quod talis usufructus transeat ad heredes, an transeat perpetuo ad omnes.
- 14. An usufructus consolidatus cum proprietate dicatur venire ex causa lucrativa etiam si originalis sit proprietatis fuit onerosus.
- 15. Qualis sit promissio, & obligatio personalis ad servitium constitutendam, & in quo differat ab ipsa servitute.
- 16. Qua sit ratio, propter quam in contractu, & promissione hypothecæ, ipso iure tranfit ius in re ex solo ius.
- 17. Actio, vel obligatio personalis causata respecta rei an transeat ad particularem successorem.
- 18. Qualiter in servitutibus realibus fiat tractatio.
- 19. Qualiter servitus personalis prescribatur.
- 20. Servitus mixta qualiter prescribatur.
- 21. Servitus merè realis continua, vel quasi, quot annis prescribatur.
- 22. Servitus merè discontinua, an prescribatur tempore ordinario.
- 23. An in iuribus incorporeis requiratur acquisitio possessionis in ipso fundo serviente.

CAPUT XV.

De Servitutibus.

SUMMARIA.

- 1. Qua sit servitus merè personalis.
- 2. Usus fructus casualis, qualis sit.
- 3. Usus fructus formalis, qualis sit.
- 4. Usus fructus an possit dari pluribus.
- 5. Si testator reliquit uni fundo n. & alteri usufructum ejus, an primus cui legatus fuit fundus Anton. Gomezii Variarum Resol. Tom. II.

SED quia supra visum est de contractibus super rebus corporalibus mobilibus, & immobilibus nunc restat videre de prædictis contractibus super servitutibus, & rebus incorporeis, pro cuius perfecta declaratione dico, quod res sunt species principales servitutium, nam alia est servitus merè personalis, alia est servitus mixta, alia est servitus merè realis. Servitus personalis est illa, quæ debetur à persona personæ ut ius, quod habet dominus in se ipso proprio, ut in leg. 1. & per totum, ff. de statu homin. & in l. 1. & per totum, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & in §. 1. & per totum, Instit. de iure person. & tenet Glossa ordinaria.



naria in l. 1. ff. de servit. cum qua transeunt ibi Doctores. Sed advertendum, quod ista non est propriè servitus, cum dominus habeat in servo plenum & perfectum dominium & in re propria non cadat servitus, ut l. jure communi, ff. de servit. urban. prædior. & in l. uti frui, ff. de usufructus petatur, & in l. cum in fundo, ff. de jure dot. licet dominus utatur servo suo, tamen illius usufructi non est servitus formalis, sed potius causalis, quæ dependet à sua causa, hoc est à domino: sicut dicimus de usufructu quem habet, & percepit dominus in suo proprio fundo, vel prædio, ita tenet & declarat Bartol. in l. 1. ff. de servitib. & ibi communiter Doctores, tenet etiam & declarat Faber in §. æquè si agat. Instit. de action. & alii Doctores, præcipuè Jafon. 1. col. possit tamen propriè verificari, & dici servitus merè personalis, quando dominus alicujus servi per contractum, vel ultimam voluntatem concesserit alteri aliquas operas, vel ministerium in eo, quia tunc debetur à persona persona, secundum Faber. in d. §. æquè si agat. quem ibi sequitur Jafon. 1. col. Servitus mixta est illa quæ debetur à re personæ, ut usufructus, usus, habitatio: & talis usufructus dicitur duplex, legalis, & conventionalis, legalis est ille qui provenit ex legis dispositione; ut ille quem habet conjux transeunt ad secunda vota, in bonis primi matrimonii, de quo magis dicitur in l. 1. in legibus Tauri, ubi videtur: & ille quem habet pater in bonis filii, de quo fundamentaliter dicitur in l. 4. §. in legibus Tauri, ubi omnino videtur, quia est utilis, & quotidiana materia; conventionalis verò usufructus est, quando provenit ex hominis dispositione per contractum, vel ultimam voluntatem, cujus materia est valde subtilis, & argumentabilis sicut alia materia, quæ fit in nostro jure civili, secundum Alber. in rubric. ff. de usufructu, post Richardus Malum, quem ipse refert, quod utiliter, & perfecte volo attingere. Pro cuius declaratione dico, quod quidam est usufructus causalis: quidam est usufructus formalis; causalis est ille, quem habet dominus in sua propria re, & est concretus eum ipsa proprietate, & non distinctus, nec separatus ab ea, qui non dicitur servitus, quia in re propria non potest cadere: imò propriè vocatur quædam utilitas, quæ provenit, & causatur ab ipsa re, & dominio ejus, ita probat textus in l. uti frui, ff. de usufructu petatur. Cujus verba sunt: *Uti frui jus sibi esse is solus potest intendere qui habet usufructum; dominus autem non potest, quia qui habet proprietatem, jus separatim non habet, nec enim potest & suis fundis servire, & ibi notat & commendat Glossa ordinaria Odofred. Bartolus Albericus, Baldus & communiter Doctores, & per illum textum ita tenet & declarat Odofred. in l. 1. ff. de usufructu, 1. col. num. 3. & ibi Baldus 1. col. num. 2. Angel. 1. col. num. primo. Azo in summa, Cod. eod. tit. col. num. 1. Hostiens. in cap. fin. de pignor. probat etiam textus in l. si cum testam. §. si fundum meum, ff. de except. rei judic. Scibi Glossa ordinaria & communiter Doctores textus in l. si unus, §. item si pater sum, ff. de pateris, & ibi etiam Doctores textus in l. usufruct. ff. solut. matrim. & ibi notat Alber. & communiter alii Doctores textus in l. si ita stipulatus fuero, §. 1. infra isto titul. & ibi Glossa ordinaria & alii Doctores, præcipuè Jafon. 2. col. in fin. & de isto usufructu non loquitur materia nostra.*

Quidam est usufructus formalis, quia est distinctus, & separatus à sua proprietate, & dicitur servitus personalis, vel mixta, & de isto usu-

fructu loquitur materia nostra, & definitur sic: Usufructus formalis est jus alienis rebus utendi & fruendi, salva rerum substantia; textus est qui istam definitionem ponit in l. 1. ff. de usufructu & ibi Glossa ordinaria, Odofredus Bartol. Alberic. Bald. & communiter Doctores. Et talis usufructus potest constitui in rebus immobilibus, vel mobilibus, quæ usu non consumuntur & hoc casu tenetur usufructuarius præstare satisfactionem cum fidejussoribus de utendo, & fruendo salva rerum substantia, arbitrio boni viri, & re restituenda finito usufructu, textus est in l. si cuius, cum l. sequenti, ff. de usufructu, textus in l. 1. & per totum, ff. de usufructu quemadmodum caveatur, text. in l. uxori, la prima, ff. de usufruct. legat. textus in l. 4. Cod. de usufructu, textus in §. 1. & in §. constituitur. Instit. de usufructu, text. in cap. fin. de pignor. & idem disponit lex 12. tit. 1. 3. part. ex quo inferitur, quod in animalibus potest constitui usufructus, & agni, vituli, lac, pilos, lana, & similes fetus pertinebunt ad fructuarium, non tamen partus alicujus ancillæ, quia cum hominum gratia fructus, & omnes res terræ sint productæ, non debet contingere in fructibus, text. est in l. pecudum, ff. de usufructu, text. in l. plerumque ff. de jure dot. in §. in pecudum, Instit. de rerum divisi. & idem disponit lex 24. tit. 3. 1. part. idem etiam constituitur in rebus mobilibus, quæ usu consumuntur, ut vino, oleo, frumento, pecunia vel aliis similibus rebus, quia licet in eis non cadat propriè usufructus, cum necessarii quotidie debeat consumi, & alienari proprietatis, aliàs non possit eis uti fructuarius, tamen tempore usufructus constituitur sit estimatio rerum, & præstatur cautio de restituendo, finito usufructu, quantitate, in qua fuit estimata, textus est in l. 1. & per totum, ff. de usufruct. eorum rerum quæ u. consumuntur, textus in §. constituitur, Instit. de usufruct. & adde, quod prædicta satisfactio potest remitti, quando usufructus constituitur per contractum inter vivos: secus verò, si constituitur in ultima voluntate, ita probat textus in l. 1. C. de usufruct. & ibi Bald. & alii Doctores.

Item adde, quod si talis usufructuarius sit ita pauper, vel forensis, non possit præstare prædictam satisfactionem cum fidejussoribus, nisi ier juratoria cautio, nisi sit persona suspecta quia tunc sequestrabitur res penes aliquem tertium, ut inde percipiat fructus, & estimatio sit salva proprietario argumento text. in l. 1. §. super, Cod. de assertion. tollenda, & in l. si fidejussor, §. fin. qui satis, cogant. & in authent. generaliter, Cod. de Episc. & Cler. & per ista jura istam sententiam & conclusionem tenet Richard. Malum, Pet. Dynus, Angel. & magis communiter Doctores, in l. 4. C. de usufruct. licet Glossa ordinaria, Odofred. Paulus, & alii Doctores, ibi teneant contrarium.

Item talis usufructus potest dari, vel legari uni, vel pluribus sibi omnes eo concurrenter equaliter, vel pro partibus sibi assignatis, textus in l. si usufructus legatus, §. fin. ff. de usufructu, text. in l. duos, ff. de usufructu, leg. text. in l. 1. & per totum, ff. de usufructu accrescendo. Confirmatur: quia usufructus est merè dividuus, & potest competere pro parte, & textus est in l. 1. §. si usufructus, ff. ad legem Falcid. text. in l. 1. §. 1. ff. de usufructu, & isti dividunt inter se usufructum regionibus, vel locetur alicui tertio, ut dividatur pecunia, text. est in leg. communi dividendo, §. cum de usufructu, ff. commun. divid. vel poterit

poterit alteri socio locari, & pars pretii dabitur alteri socio. Unum tamen est, quod si pluribus legatur usufructus alteris, primo nominatus præferitur, & debet ut pro primo, textus est in leg. quovis, ff. de usufructu, & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores.

Item adde, quod si testator uni relinquat simpliciter fundum, alii verò usufructum ejus quorū primus habeat integram proprietatem, & insuper dimidiam partem usufructus, & alter aliam dimidiam, & sic uterque concurret equaliter in usufructu; textus est notabilis, & subtilis in leg. si alii, ff. de usufructu legato, & notat & commendat Bart. Alberic. & communiter Doctores antiqui, textus in leg. Sempronio, eodem tit. & ibi Glossa ordinaria Bartol. & communiter Doctores, textus in leg. idem Noratius, §. non solum, ff. de usufructu accrescendo, textus in leg. si proprietatis eod. titul. unde si alia est intentio testatoris, oportet eam declarare. Cujus ratio est, quia fundus constituit in proprietate, & usufructu simul, ut probat textus in leg. qui usufructum, infra isto titul. & ibi Bart. & communiter Doctores, textus in leg. si ista stipulatus fuero, §. Titius eod. titul. textus in leg. si citario, ff. de usufructu, legat. textus in l. fæmine, §. illud, Cod. de secund. nupt. textus in l. mater, Cod. ad Terent. Ergo legatio uni fundum, videtur pleno jure sibi legare proprietatem; & usufructum, & postea legando alteri usufructum, videtur ei legare rem, quam primò legavit. Ergo meritò tanquæ re conjuncti concurrunt, & pariter admittuntur, argumento textus cum materia in leg. re conjuncti, ff. de legat. 3. Sed certe illa decisio videtur dubia, & difficilis, & careere ratione, quia verum est, quod legando simpliciter rem, videtur quis legare pleno jure cum proprietate & usufructu; sed quando uni legatur proprietatem, & alteri usufructum, non videtur dividere, unum ab alio, & generi per speciem derogatur, ut in leg. uxorem, §. codicillis, de legat. 3. & in l. cum quæstio, Cod. de legat. & in regula generi per speciem, de reg. jur. in 6. Sed sustinendo prædicta jura, respondeo, quod illud est verum, & procedit, quando uni legatur aliquid universaliter, vel in genere, ut servos, equos, & similia, & postea legat alteri eorum in specie, quia tunc illud legatum in specie derogat primo legato generali, & idem est quando uni legatur aliqua res integralis, & alteri legatur pars quotativa, ut si testator legat Titio simpliciter rem, & Scio legat tertiam vel quartam partem ejus, quia tunc ista species derogat generi: secus tamen est, quando uni regat simpliciter aliquam rem integram, ut fundum, alii verò partem ejus substantialem, ut usufructum, quia tunc illa species non derogat generi, sed ita debet intelligi prædicta jura, & ita tenet & declarat Bartol. in dicit. leg. si filii, ff. de usufructu legato, idem Bartol. in leg. re conjuncti, ff. de legat. 3. 3. col. num. 10. & ibi Jafon. 1. col. num. 14. Ripa col. numero 38. Paul. de Cast. qui notabiliter loquitur in leg. cum quæstio, Cod. de legat. fin. col. & ibi alii Doctores. Quod tamen intellige, quando utrumque legatum esset particulare: secus verò si aliquod eorum esset generale, vel universale, ut si testator instituat non in omnibus bonis, & alter relinquit usufructum in unius rei: quia primus in solutum omnia bona, & in alia re habeat solam proprietatem, & alter usufructum, & idem est converso si testator relinquit uti usufructum omnium bonorum, & alteri rem particularem,

quia primus non habeat partem usufructus in illa re particulari; sed p. eno jure per inebita secundum, ita singulariter determinat Baldus, per bobam rati nem in leg. quovis, Cod. famil. er. ciscund. secunda columna, finali quæstione, & ibi Salycetus 2. columna, n. 18. ubi dicit, quod ita fuit determinatum Fer ariz in co rtingen. a facti, Jaf. ubi valde commendat in l. cum quæstio, de legat. in col. Angel. de Aret. in §. 2. Instit. de usufruct. 2. col. pro qua sententia & conclusion, facit textus in §. 1. Instit. de usufruct. ubi habetur, quod si testator instituat aliquem heredem universaliter, & alteri legat usufructum alicujus; hæres habeat proprietatem illius rei, legatarius integrum usufructum, & istam opinionem ego teno, & sequor, & ab ea non recederem in judicando & consulendo, licet contrarium videatur Bartolo in l. Sempronio, ff. de usufructu legat. Idem Bart. in leg. quæstio, §. fin. ff. de fundo usufruct. per col. in n. Jafon. sibi contrarius in dicit. leg. re conjuncti, ff. de legat. 3. decima octava columna, & ibi Ripa in decima col. num. 36. Jafon Corn. in reper. illius l. 8. col. num. 26. Angel. de Gambellionibus in tractat. de testamentis, 20. fol. 2. col. numero septimo. Paulus de Monte Pico in reper. leg. Titia cum testamento, §. Titia cum nubere, ff. de legatis secundum, decima quinta columna, numero vigesimo sexto, & dicit quod magis communis opinio videtur esse cum Bartolo, & latius 46. columna, numero sexagesimo octavo, vigesima secunda quæstione prima, ubi late disputat, & tandem non firmat, relinquique agendam. Ex quo deducitur & inferatur, quod si testator relinquit uni omnia bona universaliter, vel generaliter titulo institutionis, vel quovis alio titulo, & alteri relinquit usufructum, uterque habeat medietatem usufructus, & concurret in eo, & idem est converso si testator uni relinquit usufructum omnium bonorum, alteri verò relinquit omnia bona, quia uterque concurret in usufructu per rationem Bart. & communiter in dicit. l. alii, & in expresso ita tenet Bartolus, & ille est verus sensus, licet ab aliquo non allegerat in dicit. l. Sempronio, ff. de usufructu legat. Bald. in leg. finali, Cod. de instit. viciari. tollend. penultim. col. versicul. cave ribi, Alexand. in consiliis suis, consil. 56. 3. volumin.

Item adde, quod usufructuarius censetur esse quidam procurator in re, & potest, imò tenetur facere omnia illa quæ cum erunt curam, & utilitatem ejus, alia sibi imputandum est, textus est singularis, & unicus in jure in l. 1. §. finali, cum leg. sequenti, ff. de usufructu quemadmodum caveatur, Cujus verba sunt: *Invidum autem inerii proprietatis estimatio, si forte omnem fructuarius cum possit usucapionem interpellare negligit omnem enim rei curam suscipiendam fructuarius custodiam præstare debet, & ad hoc nota & commendat ibi Bartolus, Albericus, & communiter Doctores, & il um textum ad hoc notat & commendat Bart. in leg. prima, §. fin. de novi oper. nunciat. prima columna, numero primo, & communiter Doctores, præcipuè Jafon. prima columna, numero 3 idem Barto us in leg. cum ad quem, Cod. de usufructu, & ibi Baldus, Paul. de Cast. & communiter Doctores, in l. 1. 2. Cod. ubi in rem action. 2. col. & ibi alii Doctores, & illum textum ad hoc reparat singularem & unicum Bald. in rubr. extra de procurat. 3. col. num. 31. idem Bald. in cap. quoniam frequenter, §. quod si super rebus, ut re non contest. fin. col. in media. Ex quo primò inferitur quod talis usufructuarius potest nomine proprii ta-*



in tanquam procurator sine alio mandato agere rei vindicatione, vel alia actione competenti contra, tertium possessorem, vel detentorem rei, & usucapionem vel prescriptionem interrumpere, & omnia alia facere, quae tendunt in utilitatem proprietarii, & ita probat expressè casus in dist. l. prima, §. si. cum leg. sequent. ff. de usufructu, & quem cave. Secundo infero, quod talis usufructuarius nomine proprietarii, & tanquam procurator ejus, potest nunciare novum opus factum in re, textus est in leg. prima, §. si. ff. de oper. nov. nunc. Cujus verba sunt, 'Usufructuarius autem opus novum suo nomine nunciare non potest, sed procuratorio nomine nunciare poterit, & denique usufructuarius potest omnia alia facere, quae tendunt in utilitatem ipsius rei, alias sibi imputandum est, ut si culpa, vel negligentia omiserit, teneatur ad interesse, per praedicta jura.

Item adde, quod si usufructus sit concessus in pecoribus & animalibus, omnes fetus & partus eorum pertinent ad fructuarium, dum tamen capita principalia sint semper salva, & sic ex agnis, vitulis, & parvis, grex suppleatur, & capita mortua solvantur, & suppleantur, quod tamen intelligitur quando gregis, vel armenti generis relinquuntur usufructus, fetus vero, si principaliter & specialiter relinquatur usufructus singulorum capitum, quia tunc non tenetur usufructuarius capita quae moriantur & deficiant supplere, textus est formalis, & expressus in leg. quid ergo, versicul. sed quod dicitur, ff. de usufructu, & ibi Glossa ordinaria, Bartolus, Albericus, Olofredus, Baldus, & communiter Doctores.

Item adde, quod talis fructuarius tenetur ad expensa & sumptus medicos ipsius rei, quae consistant in refectione ejus, quia concernunt utilitatem temporalem, & perceptionem fructuum non vero tenetur ad expensas & sumptus maximos, quia concernunt perpetuam utilitatem rei, quae spectat ad proprietarium, textus est in leg. usufructu legato, versicul. si. de usufructu, text. in leg. balienus, versicul. primo, eodem titulo, & ibi Glossa ordinaria, Olofredus, Albericus, Baldus, Angelus de Perus, & communiter Doctores, textus in leg. cum ad quem, Codici de usufructu, & ibi etiam Glossa ordinaria, & communiter Doctores, tenet etiam Glossa ordinaria, Bartolus & communiter Doctores in leg. hoc amplius, §. si. ff. de damno infecto. Glossa etiam, Bartolus & communiter Doctores in leg. si finitas, §. si quis damni, eodem titulo. Bartolus in leg. eorum ferro, §. qui maximos, ff. de publico, & veltig. penult. columna septima, questione princip. & ibi Moderni Ex quo deducitur, & inferitur, quod licet factuarius possit agere in judicio, tanquam procurator ipsius proprietarii, & rem vindicare, & petere à quocunque possessore, & eam defendere à quocunque petitore, tamen non tenetur de suo expendere, & solvere sumptus & expensas litis, & si solverit, poterit à proprietario repetere. Nec obstat textus in leg. prima, Codici de bonis mater. ubi disponitur, quod pater qui habet usufructum in bonis filii, tenetur ad sumptus & expensas litis, quia intelligitur in usufructu legali, qui pertinet patri vel alteri ex legis dispositione: secus vero in usufructu conventionali, qui pertinet alicui ex hominis dispositione, secundum Doctores in dictis locis.

Item quero, an fructuarius teneatur solvere debita proprietarii antea contracta, & resolutiva dico, quod aut usufructus constituitur, per contractum inter vivos, & non tenetur fructuarius, nec potest conveniri, quia actio & obligatio personali non sequitur particularem successorem rei, vel rerum debitoris, leg. quaedam, §. is autem, ff. de eadendo, textus in leg. penal. Cod. de action. & obligation. & utrobique communiter Doctores & in expresso pro hac sententia & conclusionem est textus formalis in leg. adhuc, §. si operas, ff. de usufructu, & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores. Sed tali casu debet conveniri proprietarius, vel ejus haeres, & eo non existente solvendo fiet venditio rerum tam in proprietate quam in usufructu, si bona erant hypothecata creditoribus, si vero non sint hypothecata, venditur tantum proprietatis, nisi probetur fraus in debitore alienante, aut vero usufructus relinquatur in ultima voluntate, bene tenetur usufructuarius, modo bona sint hypothecata, modo non, quia non valent nec tenent legata, nisi soluto aere alieno, ut in l. si. §. si praesentam, Cod. de jur. delib. cum similibus, & ibi communiter Doctores, ita probat text. in l. usufructu bonorum, ff. ad legem Falcid. & ibi Bartol. Paul. Alexand. & communiter Doctores, text. in l. si. §. si autem Cod. de bonis qua liberis, & ibi notat & commendat Paul. de Castr. Corneus & alii Doctores.

Item etiam quero an proprietarius possit vendere proprietatem sine voluntate fructuarii, & videat quod non, quia ex hoc posset fieri sibi praedictum, si forte habet iniquum & rixosum proprietarium. Item etiam ratio maxime in his quae habet fructuarius in re, argumento text. in leg. si. Cod. de jure emphyt. & in cap. i. §. ex eadem lege, de leg. Corradi, in usus feud. & in terminis ita tenet Gillem. in l. 2. Cod. de usufructu, & Oldrad in consil. 24. Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, imò quod proprietarius possit vendere vel alienare proprietatem sine voluntate & consensu usufructuarii, text. est formalis & expressus in l. locum, versicul. proprietarius, ff. de usufructu, text. in l. finis Trebatiani, ff. de usufructu legato, text. in l. 2. §. si haeres, ff. usufructuarius quem admodum taceat, text. in l. in l. §. non mutat, ff. de usucap. text. in leg. 2. versicul. Cod. de usufructu. Cujus verba sunt: 'Quae res non impedit proprietatis dominum obligare creditorum proprietatem: manente scilicet integro usufructu, & subdit Glossa ordinaria obligare item & vendere, & ibi expressè Paul. de Castr. & communiter transcunt alii Doctores. Idem tenet Paul. in leg. & heredi, §. filiusfam. 2. colum. ff. de passis Item etiam potest confiscari: item etiam in ea fieri executio pro quolibet debito, quod intelligit praeterquam in casibus in quibus pater habet usufructum in bonis filii, quia tunc filius non potest vendere vel alienare proprietatem sine voluntate & consensu patris, text. in leg. final. Cod. de bonis qua liber. & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores, & ejus ratio potest esse duplex, Prima, quia ratione patrie potestatis habet plenissimum jus utendi & fruendi in bonis filii, adeo quod non tenetur reddere rationes, nec bona patria sunt tacite obligata filio, & lex voluit quod praedictum patri. Secunda ratio est, quia pater est legitimus administrator filii, ut in leg. primo, Cod. de bon. mater. & sicut minor non potest alienare sine consensu curatoris, ita nec filius sine licentia patris.

Et in tantum hoc est verum, ut talis filius non possit alienare suam proprietatem sine consensu patris, etiam cum jaramento, quia cum alienatio prohibeatur favore patris, non debet siemari juramento, argumentum textus in cap. ventens, de iurjurando, textus in cap. quamvis pactum, de pallis in sexto, textus in authent. quod obtinet, Cod. de probat. & in expresso ita tenet Bald. in d. §. filius autem, & ibi Angel. Paul. de Castr. & Corneus. Item etiam tenet Pal. qui bene loquitur in l. & heredi, §. familias, ff. praedictis. Sed in hoc articulo reperio, quod Imol. in cap. cum contingat, de iurjurando, num. 43. ponit concordiam dicendo, quod non valeat, & tenet post mortem ejus, vel postquam amittat usufructum: quia cessant praedictae rationes: sed licet ista concordia videatur colorata, tamen in pundo juris superior opinio videtur verior, & tenenda, quia cum semper & omni tempore ipse contractus annulletur propter resistentiam legis, quia tendit in praedictum patris, non debet esse, in pendenti, nec postea convalescere post mortem patris, argumento text. in l. quod ab initio, de regul. jur. lib. sexto.

Ex praedictis utiliter & necessarid quero, si filius familias fecit aliquem contractum, vel quasi ex quo efficaciter sit obligatus, & habeat bona adventicia, in quibus sibi pertinet sola proprietatis, & usufructus pertinet patri, ac executio possit fieri per judicem in praedicta proprietate? constat enim quod filius familias existens in potestate patris, potest licet efficaciter obligare ex contractu, vel quasi text. est in leg. filiusfam. la. 2. ff. de action. & obligat. & ibi Gloss. ordinaria, Bart. Alber. Angel. & communiter Doctores, text. in leg. sam ex contrahibus, ff. de judic. & ibi Paul. & communiter Doctores, textus in leg. qui Roma, §. Angerius infra ipso tit. textus in l. si. §. pupillus, eodem titulo. textus in leg. prator. ait, §. sed & filius familias, ff. de eadendo, textus in l. si quis cum filio, ff. de peculio, textus per argumentum ab speciali in l. 1. & per totum §. ad Macedonianum, & textus in l. 1. r. & per totum, Cod. de iur. ubi habetur quod speciale est in mutuo quod filius si caeterum non obligatur, imò potest opponere exceptionem Macedonianam contra creditorem propter frequentiam hujus contractus, ne insidiat vitae patris pro eius solutione, ergo ex aliis contractibus bene & efficaciter obligatur; verum tamen est quod dicebat Abb. Panorm. in cap. quia plerique, de immun. Eccles. 10. colum. quod hodie inter Christianos noltrae sacrae fidei & religionis non habet locum ista exceptio Macedonianam, sed efficaciter filius tenetur solvere mutuum sicut debitum ex quolibet alio contractu, quia non praesumitur quod insidietur vitae patris, & sic cessat ratio fundamentalis juris communis; sed salva ejus pace epò tenet contrarium, imò, quod etiam hodie habeat locum praedicta exceptio, quia licet non sit verisimile, quod filius insidietur vitae patris, tamen potest contingere, sicut videmus plura peccata nefanda committi. Item quia praedictae leges communes hoc inducentes non repliuntur correctae, imò etiam hodie approbantur per legem nostram regni l. 4. tit. 1. §. part. Quae ergo nostra extat in hoc, cum filius familias efficaciter obligetur ex quocunque contractu fuerit mutuum, qualiter & de quibus bonis fiet solutio & executio? In quo articulo resolutiva dico, quod si talis filius ha-

bet bona castrensia, vel quasi, de illis potest & tenetur solvere, & in eis potest fieri executio, quia respectu eorum reputatur paterfamilias, textus est in leg. §. si. junct. l. 2. ad Maced. & ibi Glossa ordinaria, Bart. & communiter Doctores, textus in l. a. §. nec castrensia, ff. de collat. bonor. textus in leg. fin. C. de inoffic. testam. textus in leg. cum oportet, vers. exequutio, C. de bonis qua liber. & idem est si habeat bona adventicia, quorum usufructus non quaeritur patri, quia sunt propria ipsius filii & pleno jure sibi pertinent, & eis reputatur sui juris, textus est formalis & expressus in leg. fin. §. filius autem, Cod. de bonis qua liberis, textus in authent. excipitur, eodem titulo. & utrobique communiter Doctores. Si vero habeat bona profecticia, de eis non potest solvere, nec in eis fieri executio, cum pleno jure sint patris, cui non potest per filium fieri praedictum, textus est in l. cum oportet, C. de bonis qua liber. & ibi communiter Doctores. Si vero habeat bona adventicia, quorum usufructus pertinet patri, proprietatis autem filii, tunc videtur quod possit fieri solutio & executio in proprietate argumento omnium praedictorum iurium. Sed contrarium est tenendum imò, quod etiam in sola proprietate non possit fieri solutio, nec executio, primo per textum expressum, in leg. fin. §. filius autem, Cod. de bonis qua liberis, ubi disponitur, quod nullo modo possit filius proprietatem suam alienare per contractum vel ultimam voluntatem sine consensu & voluntate patris. Ergo si aliter non possit per viam executionis, quia illa est perfecta alienatio. Secundo quia prohibita alienatione censetur prohibitus omnis adus per quem pervenitur ad eam, argumento text. in leg. oratio, ff. de sponsal. text. in leg. quod dicitur, ff. de pa. text. in leg. cum lex ff. de fidejuss. ext. in leg. in C. de rebur alien. non alien. text. in l. fin. §. sed quia, C. commun. de leg. text. in l. vers. fin. C. de fundo dotati, & in terminis ita tenet Alber. in leg. si condemnatus, ff. de noxae. & idem videtur tenere Bart. in leg. si finita, §. si. ff. de veltigalibus, ff. damno infecto, in colum. vers. vel melius. Si vero filius nulla bona habeat, bene poterit pro debito incarcerari, sicut si esset sui juris, text. est formalis, & expressus in leg. penult. Cod. qui bonis cedere possunt, & ibi ad hoc notat & commendat Bald. Paul. & communiter Doctores, notat etiam & commendat Bart. in l. 3. §. sed utrum, ff. de minor. 1. colum. n. 2. & ibi communiter alii Doctores Item Bart. Paul. & Doctores in leg. si filio la. 1. ff. solut. matrim. Aut. de Aret. in §. actiones autem, de peculio. Infit. de alt. 3. col. numer. & ibi communiter Moderni.

Novum tamen, & singulare dubium est, si isto casu attento nostro jure regio talis filius teneatur servire creditoribus, vel patri; & breviter teneo? quod patri, ratione juris sui, & usufructus quem habet in persona filii & operibus ejus, argumento text. in l. cum oportet, C. de bon. qua liber. text. in l. fin. cum omnibus, §. suis cod. tit. text. in l. 1. C. de bonis mater. text. in l. fin. C. ad Tertul. cum similibus & in terminis ita tenet & declarat Bart. in leg. frater à fratre ff. de cond. inde pen. col. n. 4. ubi formaliter dicit, quod illa quae filius, quaerit vel potest quaerere ex liboribus & operibus suis, reputantur bona adventicia ipsi patri debita, teneat etiam Paul. de Castr. in authent. unde si patris, Cod. de inoffic. testam. fin. colum. Bald. & communiter Doctores per Gloss. ibi in leg. si donatio. Cod. de col. ergo cum patri debeatur commodum & utilitas laborum, & operarum filii, tanquam fructuario



tuatio, ipse preferatur, & per consequens filius teneatur ei servire, & non aliis creditoribus argumento l. 1. tit. 12. lib. 5. ord. cum similibus.

Item etiam quero, si filius familias fecit aliquod delictum, propter quod bona veniunt confiscanda, an confiscetur illa proprietates bonorum adventitiorum, in quibus pater habet usufructum; & videtur, quod sic. Primo, quia quando quis committit delictum confiscatur proprietates sola quam habet in re, imò generaliter dico, quod confiscatur jus quod habet in re, text. est formalis, & expressus in l. si postuleris, §. jubet, ff. de adulter. Cujus verba sunt: Jubet lex eos homines de quibus questio ita habita est publicos esse, proinde in communis parte publicanus in proprio, cujus usufructus alienus est nudam proprietatem, in quo tantum usufructum habuerit reus, magis est, ut perceptio usufructus ad publicum incipiat pertinere, & ibi notat Bart. Alber. Angel. & communiter Doctores. Secundo quia minor, vel ille prohibetur bona alienare, potest ea alienare per delictum, quia est alienatio necessaria ex legis dispositione, ita probat text. in leg. clarum, C. de antior. pres. textus in leg. fin. ex causa, §. cum videndum ff. de minor. textus in leg. auxilium, §. in delictis, cod. tit. textus in l. 1. & 2. C. si aduersus delictum, text. juncta Gloss. ordinaria in gloss. magna in 3. quest. princ. in leg. si quis in eorum, text. in leg. alienationes, ff. sum. crese. textus in l. 3. vers. fin. ff. de rebus eorum. Cujus verba sunt: Hæc enim obligationes sive alienationes locum habent, quia non iuris, vel curatoris voluntate est fit, sed ex magistratum auctoritate, & in expresso illam sententiam & conclusionem tenet Jacobus de Aret. in leg. si quis in eorum, Cod. unde vi, & ibi Cyn. pen. col. Alber. 2. col. vers. Item dicit Jacob. de Aret. Faber. 2. col. in medio.

Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam, imò quod talis proprietates bonorum adventitiorum non confiscetur per delictum filii, & hoc principaliter, argumento text. in d. l. fin. §. filius autem, C. de bonis qua lib. ubi habetur, quod filius familias nullo modo potest alienare proprietatem bonorum adventitiorum per contractum, vel ultimam voluntatem sine consensu, & voluntate patris, ne fiat aliquod præjudicium patri in suo usufructu, & inquiratur ab extraneo proprietario, ergo eadem ratione, & majori, non poterit alienare per delictum, Confirmatur etiam, quia confiscatio per delictum dicitur vera, & perfecta alienatio, sicut illa quæ fit per contractum vel ultimam voluntatem, & valet argumentum, iste non potest alienare per contractum, vel per ultimam voluntatem, ergo nec per delictum. Ita probat textus notabilis in leg. Imperator, ff. de fidei. liber. & ibi expressè notat Bartol. & Doctores antiqui.

Nec obstat text. in d. l. leg. si postuleris, §. jubet, ff. de adulter. quia loquitur, & procedit in extraneo proprietario, qui potest proprietatem suam, & jus quod habet, in re invito fructuario alienare; sedus verò est in filio proprietario, qui nullo modo potest alienare favore patris usufructuarij; nec obstat etiam textus in d. l. clarum, C. de antior. pres. quia ibi erit prohibita alienatio favore minoris, per delictum amittit privilegium, & sicut potest puniri in persona, ita in bonis. In nostro verò casu, & questione est prohibita alienatio favore tertii, & sic patris usufructuarii, & in expresso ex illo principali fundamento & ratione istam sententiam & conclusionem tenet

Bart. in leg. si finita, §. si de vestigalibus, 4. column. 6. quest. princ. num. 1. ff. de damno infecto, & ibi Paul. de Cast. fin. col. 1. & questione, Joan. de Imol. final. col. 1. num. 6. Alexand. 1. col. 1. n. 44. Angel. de Imol. in leg. si filia familias, eodem tit. Idem Bart. in leg. si quis in eorum, 3. col. num. 11. Cod. unde vi, & ibi alii Doctores, Bald. in leg. executorum, 2. column. in fin. num. 37. Cod. de executor. rei judic. Salycet. notabiliter in leg. si filius, 2. col. num. 2. Cod. de bonis prof. Jas. in §. aliorum auctent. de peculio, Instit. de action. 8. volum. n. 62. Imò, quod magis est, si filius committat delictum, per quod bona veniunt confiscanda, non debet confiscari peculium castrense, vel quasi, quod habet, licet pleno jure sit proprium, imò remanere debet penes patrem, text. est singularis, & unicus in leg. si filius, C. de bonis prof. scriptorum. Cujus verba sunt: Si filius eius cum esset in tua potestate, in insulam deportari meruit, peculium eius, ne quod in castris acquisit, vel quod militaturo donatus auctori tibi debet, & ibi notat & commendat Odofor. Bart. Cynus, Alber. Bald. Angel. Faber, Salycet. & non est plibi secundum Bald. ibi, & illum textum ad hoc reputat singularem, & unicum Jean. de Imol. in l. si finita, §. in de vestigalibus, ff. de damno infecto, fin. col. n. 6. & ibi Alexand. & Moderni. Idem Imol. in leg. cum filiusfam. infra illo tit. 1. col. notat etiam & commendat Bald. in l. si filiusfam. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. Angel. in §. aliorum auctent. de peculio, penult. col. Instit. de action. licet corruptè alleger, & ibi Jas. 8. col. num. 62. idem Jas. in l. 3. §. filius ff. quod quisque juris, 1. col. Cujus ratio potest esse triplex. Prima, quia de jure antiquo filius non habebat hæredem etiam in peculio castrensi vel quasi, quando decebat ab intestato, sed pater occupabat illud tanquam bona propria ipsius patris, textus est in l. 2. de castrens. pecul. & ibi Gloss. ordinaria, ergo post condemnationem filii, ex qua inducitur mors naturalis vel civilis, & confiscatio bonorum, non debet confiscari peculium castrense, vel quasi, quia per condemnationem filius reputatur heres, ut in l. 3. C. ad legem Juliam de vi, cum similibus. Sed pater debet illud occupare tanquam bona propria, & istam rationem ponit Jacob. de Aret. Cyn. Bald. in d. l. si filius. Secunda ratio est, quia si filius habet dominium in peculio castrensi, vel quasi, de jure speciali, non verò de jure communi; unde licet ille, qui est dominus de jure communi possit per delictum bona perdere, & alienare, non tamen ille, qui habet dominium de jure speciali, & privilegiato, istam rationem ponit Petr. Cynus, Alber. & alii Doctores in d. l. filius. Tertia ratio est quia mandatum generale, & libera facultas, & concessio administrationis filio concessa ab ipsa lege vel patre in peculio castrensi vel quasi, non debet extendi ad dolosam administrationem vel alienationem per delictum, text. est notabilis & expressus in l. creditor. §. Lucius, ff. mandati, & ibi communiter Doctor. Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam, imò, quod tale peculium castrense vel quasi confiscatur, quia in eo filius habet plenum & perfectum dominium, & liberam & absolutam administrationem, & facultatem disponendi sicut pater familias, textus est in l. 2. Cod. ad Macedonianum. ibi. cum filii familias in castrensi peculio vice patrum familias funguntur, textus in leg. miles in prima, & quasi per totum ff. de castrens. peculio, text. in l. cum oportet, vers. exceptis, Cod. de bonis

qua liberis; text. in leg. Cod. de castrens. peculio, ibi, sed peculium castrense proprium habent, nec in eo ullum jus patris, nec obstat textus ille capitalis in d. l. si filius est, Cod. de bonis prof. script. quia procedebat de jure antiquissimo, quo filius nullo modo habebat hæredem ab intestato, ut supra dixi, & fundavi in prima ratione decidendi; sed hodie de jure novo Codicis, & authenticorum filius bene habet hæredem in quibuscumque bonis suis, & hereditas ejus deferatur patri, vel successoribus suis jure hereditario successione & non alio modo; text. est formalis, & expressus in leg. §. C. de bonis qua liberis, text. in leg. fin. Cod. commun. de success. text. in l. 1. C. ad Tertul. text. in auctent. de hered. ab intestat. venien. §. si figur defunctus collat. 9. text. in auctent. in successione, Codic. de suis & legitim. lib. text. in auctent. defuncto, Cod. ad Tertul. ergo si ex delicto filii imponitur sibi pena mortis, & confiscatio bonorum, filius non habebit patrem, nec matrem, nec alium hæredem, sed patrem, qui præfertur viri: confiscationis omnibus aliis hereditibus; & isto san lamento, & ratione, istam sententiam & conclusionem tenet Angel. de Perusio in leg. si filius familias, ff. de damno infecto, secunda columna, num. secunda, & ibi Roman. secunda columna, num. tertio. Idem notabiliter in leg. si finita, §. de vestigalibus, eodem titulo quarto, column. septima, quest. principali. Nellus in tractatu hantiorum, 11. fol. 25. quest. principali, quibus assentior.

Item adde, quod si filius commisit delictum, per quod bona ejus veniant confiscanda, non confiscatur peculium profectitium, quia illud pertinet soli patri in proprietate, & usufructu, & solam administrationem habet filius, unde tanquam bona aliena confiscantur, text. in leg. certum, C. fam. crese. text. in leg. cum oportet, C. de bonis qua liberis, cum similibus. Quod extendit, ut procedat etiam si pater concessit filio liberam & absolutam administrationem ejusdem peculii, quia non censetur concessa facultas alienandi argumento text. in l. creditor, §. Lucius, ff. mandati, & in l. convenire, ff. de pactis de talibus, cum similibus; & in expresso ita tenet Angel. de Perusio, in l. si filius familias, ff. de damno infecto, ibi Joannes Imola; & communiter Doctores; Alexander, & Modet. in leg. si finita, §. si de vestigalibus, eod. tit. tenet etiam & commendat Doctor Segura in tractatu de bonis lucrativis constante matrimonio, 14. fol. 4. column. in medio. Imò, quod magis est, licet pater committat delictum, per quod bona ejus veniant confiscanda, non debet confiscari tale peculium profectitium, cujus administrationem habet filius in succedendo patri, & propter istam preventionem, quam fecit pater tradendo sibi peculium, text. est singularis, & unicus in jure in l. 3. §. sed utrum vers. magis enim, ff. de minorib. ibi, licet aliquo casu peculium ad filium spectet, ut puta si patris ejus bona à fisco propter delicta occupata sunt: nam peculium ejus ex constitutione Claudii separatur, & illum textum ad hoc reputat singularem & unum Bart. ibi, fin. column. Joannes de Imola, in leg. si finita, §. si de vestigalibus fin. column. n. 6. ff. de damno infecto, & ibi Paul. fin. col. in fin. & ibi communiter Moderni, Angelus, & Joannes de Imola in leg. si filius familias, 1. column. eodem tit. Bald. in leg. penult. in fin. C. qui bonis cedere possunt. Salycet. qui notabiliter loquitur in leg. si quis posthac, §. 1. quem ipse legis, pro lege, C. de bonis prof. 1. column. n. 3.

Angel. de Aret. in §. aliorum auctent. de peculio; Instit. de action. penult. col. 1. & ibi Jas. 8. column. num. 64. Nellus in tractatu hantiorum, 11. fol. 16. quest. 1. Advertendum tamen, quod ista sententia & conclusio videtur intelligenda, quando pater commisit tale delictum, ex quo non imponitur sibi pena mortis naturalis vel civilis, & per consequens non tollitur potestas, nec filius efficitur sui juris, quia tunc durat peculium, & non debet admitti ejus administratio per fiscum. Si verò pater commisit tale delictum, ex quo imponitur sibi pena mortis naturalis vel civilis, & per consequens tollitur patria potestas, & filius efficitur sui juris, tunc peculium profectitium bene confiscatur, quia definit esse peculium, ut in leg. fin. Cod. de inoffic. testamen. & necessarium debet pertinere fisco; pro qua sententia & conclusione facit text. formalis, & expressus in l. 1. §. sed & si alio, vers. sed & si morte, ff. quando alio de pecul. est annalis. Cujus verba sunt: Sed & si morte patris, vel deponatione sui juris fuerit effectus filius de peculio, intra annum heres patris, vel fisco, renebitur, & per illum textum ita tenet & declarat Bald. post Cynum ibi in leg. diximus, §. si pater, ff. de execution. tutor Ludovicus Romanus in dicit. leg. hoc de vestigalibus, 4. col. 4. quest. 1. licet certe litera sit corrupta, quia ponit casus è converso, & ibi Alexan. saltem in puncta juris, 15. col. n. 45. Sed his non obstantibus superior sententia & conclusio est tenenda. Imò quod in istis delictis peculium profectitium non confiscatur, nec conferatur filio propter delictum patris, modò ex tali delicto amittatur patria potestas; & filius efficitur sui juris, modò non, & ad text. in dicit. leg. 1. §. sed & si alio vers. & si morte, ff. quando alio de pecul. est anna, responde, ut per Bartolum in dicit. leg. si finita, §. si de vestigalibus, 4. col. n. 12. & ibi Alexand. 15. column. num. 45. Quod autem, si pater commisit delictum, per quod bona ejus veniant confiscanda, an confiscetur usufructus quem habet in bonis adventitiis filii, vel saltem commoditas ejus, vide infra proxime, ubi plenè tangam.

Item etiam quero, an usufructuarius possit vendere, donare, vel alio titulo alienare usufructum, quem habet in quo articulo breviter & resolutivè dico, e quod non potest alienare aliquo titulo oneroso vel lucrativo: imò si de facto alienet, statim ipso jure illum amittit, & consolidatur cum proprietate; text. est capitalis & expressus in l. si usufructuarius, vers. & si extraneo ff. de jure dotii, Cujus verba sunt: Et si extraneo cedatur, id est, ei qui proprietatem non habebat nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis revertitur usufructum, & ibi ad hoc notat, & commendat Gloss. ordinaria, Baldus, Salycetus, Fulgos. & Jacobus de Sancto Georgio, text. in §. finitur, Instit. de usufruct. & ibi Gloss. ordinaria, Faber, Angelus, Plat. & communiter Doctores, & idem disponit l. vigesima quinta, titulo trigesimo primo, serva part. Cujus ratio potest esse quia usufructus est jus personalissimum coherentis personæ, unde ad alium non potest transire, & in odium alienantis inducitur est, quod vendens, vel alienans, amittit jus suum & consolidatur cum proprietate. Confirmatur, quia forte fructuarius esse senex, & venderet alicui juveni, vel infanti, & esset expectanda mors illius, & sequeretur maximum præjudicium proprietario. Quod primò limita, & intellige præterquam si talis fructuarius alienet usufructum de voluntate & consensu proprietario, quia tunc valet, & tenet vendi-



tio & alienatio, & censetur novus, usufructus constitutus in persona recipientis, per consequens finitur, & extinguitur ejus morte, & non morte primi fructuarii, quia in ejus persona amplius non residet ita probat textus notabilis in *leg. usufruct. ff. solut. matrim.* Cujus verba sunt. *Usufructu in dote dato si divorcium intervenerit, nec proprietate, rei apud maritum, nec mulierem sit, eam dote esse restitutionem, ut maritus caveat, quamvis uxoris passorum se ut frui mulierem hereditatis ejus: id, an verum circa adjectionem heredis dubito, sed interest quemadmodum si usufructus in dote datus, ut si cum haberet mulier usufructum, viro, cujus erat proprietate fundi, usufructum cessit, mihi mulier heredi suo relinquat, debeat enim ei usufructus, qui ad heredem non solet transferri, ibi notat & commendat Bald. Paul. & communiter Doctores, text. in l. 4. ff. de novat. & ibi Paul. Inol. & alii Doctores. Secundò limita, & intelligit respectu commoditatis, quia licet usufructuarius non possit vendere, vel alienare usufructum formalem, & jus ejus, tamen bene potest vendere, vel alio quolibet titulo alienare commoditatem, & perceptionem fructuum per tempus vite sue quo casu ipsum jus usufructus formalis residet apud fructuarium, commodatus vero a. ud alium, textus est capitalis & expressus qui sic debet intelligi in *leg. arboribus, vers. usufructuarius, ff. de usufr.* Cujus verba sunt: *Usufructuarius, vel ipse frui care, vel locare, vel vendere, vel alii fruendati concedere potest. Nam & qui locat, utitur, & qui vendit, sed & alii precario concedat, vel donat, puto eum uti, atque ido retinere usufructum.* & hoc Cassius & Pegajus responderunt, & Pomponius lib. 3, ex Sabino probat. Non solum autem, si ego locavero, retineo usufructum, sed & si alius negotium, meum gerens locaverit usufructum, Julian. lib. 35. scripsit retinere me usufructum; ibi notat & commendat Odofred. Alb. ric. Bald. Ang. Folg. & communiter Doctores text. in l. non utitur, vers. plane, eodem titulo. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores text. in l. necessario, §. fin. ff. de precio. & commod. rei vendit. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, text. in l. si quis domum §. 1. ff. locati text. in §. 1. Inst. de usu & habitas. & ibi Fab. Angel. & alii Doctores & idem expressè disponit *lex 25. tit. 3. 1. 3. part.* Constituitur quia licet jus decimandi non possit concedi vel cum petere laicis, ut in e. quamvis, & in e. prohibemus de decimis, tamen bene potest eis vendi, locari, vel quovis alio titulo concedi ipsa commoditas, & perceptio fructuum, textus est singularis in e. vestra, de locato & ibi Abbas, & communiter Doctores. Ex quo infero aliquos notabiles effectus, Primus est, quod hoc casu usufructus expiravit, morte ipsius usufructuarii cedentis, vel alienantis non verò ipsius recipientis, vel cessionarii, Secundus effectus est, quod talis cessionarius in quem transit sola commoditas, & perceptio fructuum, non habebit aliquam possessionem in ipsa re neque in jure usufructus, & per consequens non competit sibi consessoria, neque aliquod remedium possessorium contra turbantem vel instantem. Tertius effectus est, quod talis cessionarius non censetur procurator in ipsa re, cum non habet ipsum jus usufructus argumento text. in l. 1. §. cum l. 1. §. cum l. 1. §. ff. usufructuarius quemadm. caveat. Quartus effectus est, quod talis cessionarius non tenetur præstare cautionem de utendo fruendo arbitrio boni viri, argumento text. in l. scimus, cum l. §. ff. de usufruct. & in l. 3. & 4. C. eod. tit.*

Item etiam quero, si usufructuarius committat delictum, per quod bona veniant confiscanda, an confiscetur usufructus vel si pater committat tale delictum an confiscetur usufructus legalis, quem habet in bonis filii; & videtur quod non Primò, quia ille, qui non potest alienare per contractum, vel ultimam voluntatem, non potest etiam alienare per delictum, textus est in l. Imperator ff. de fideicom. lib. cum similibus, & ibi notat & commendat Bartol. & communiter Doctores antiqui, sed usufructuarius non potest alienare usufructum, quem habet per contractum, vel ultimam voluntatem, ergo neque per delictum. Secundò, quia illa quæ non possunt transire ad heredem extraneum, non possunt transire in fideum, cum fideus in bonis confiscatis habeatur loco heredis, ut in l. 2. C. ad l. Jul. de vi, & in expreso ita probat text. in *levum, ff. ad l. Jul. majest. tex. in l. 4. ff. de jure patron.* per quæ jura ita tenet Gloss. ordinaria in l. 1. C. de bonis liber. & ibi Bald. & communiter Doct. Gloss. in l. 3. ff. de interdict. & relegat. & ibi Bart. & communiter Doct. Sed talis usufructus non transit ad heredem, ergo neque ad fideum virtute confiscationis. Tertio, quia in confiscatione bonorum non veniunt bona futura, sed tantum presentia, ut in l. si mandavero tibi, §. si cuius bona, ff. mandati, & tenet Gloss. ordinaria & communiter Doctores in l. non ad ea, §. ff. de condit. & demost. sed fructus qui veniunt & cedunt post condemnationem, & confiscationem, dicuntur, bona futura, ergo non veniunt in confiscationem. Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam; & conclusionem: imò, quod talis usufructus confiscetur per tempus vite ipsius delinquentis condemnati, non respectu juris, sed respectu commoditatis, & perceptionis fructuum: Primò, quia licet usufructus non possit alienari, tamen commoditas ejus, & perceptio fructuum bene potest alienari, ut supra plene dictum est, ergo similiter potest per delictum confiscari. Secundò, quia quando quis committit delictum per quod bona ejus confiscantur, confiscatur jus, quod habet in re, & per consequens usufructus respectu commoditatis, & perceptionis fructuum textus est formalis, & expressus in l. si placuerit, §. i. ubi ff. de adm. & in expreso per ista jura, & fundamenta istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in d. l. si postulaverit, §. jubet, & ibi Angel. de Percul. & communiter Doctores. idem Bart. in l. si quis in tantam, fin. col. & quast. C. unde vi, & ubi Doct. Paul. de Cast. l. si finira, §. si de vestigalib. si col. & quast. ff. de danno infello, & ibi communiter Moderati, Angel. de Percul. in l. eorum, §. col. num. 3. eod. tit. Jaf. in §. actiones, auth. de peculio, 8. col. 9. 63. inde actio Angel. de malef. in parte, & ejus bona publicamini: fin. col. & quast. Salyc. in effectu, in l. si quis post hac, §. 1. bon. possess. n. 4. Nellus in tractatu bannitorum; 11. fol. 27. quast. prime. Nec obstat primum fundamentum, quia licet ipsum jus usufructus non possit alienari, tamen commoditas sit ut supra dixi, & probavi: unde etiam poterit confiscari per tempus vite usufructuarii: nec obstat etiam secundum fundamentum, quia dico, quod usufructus non transit ad fideum, sed sola commoditas, sicut potest in quemlibet extraneum transire per alienationem fructuarii: nec obstat etiam tertium fundamentum, quia in nostro casu non sunt bona futura, nec usufructus cedat de novo quolibet anno, sed competit ipsi fructuario tempo-

tempore sibi dari, vel concedi, licet commoditas solvenda quolibet anno, argumento text. & eorum, quæ ibi notantur in l. si Stichum, §. stipulatio, infra eod. & ibi communiter Doct.

17 Item etiam principaliter quero, quibus modis usufructus amittitur, & finitur? & resolutivè dico, quod primo modo amittitur, & finitur morte naturali, nam statim quod moritur fructuarius, amittitur, & finitur usufructus, & consolidatur cum proprietate, text. est in l. sicut, §. si ff. quib. mod. usufruct. amitt. text. in l. non solum, la. 1. §. tale, ff. de lib. leg. text. in l. usus aqua, ff. de usu & habit. text. in l. si tibi uni, ff. de usufr. ear. rer. que usu conf. text. in l. si quis domum, §. 1. ff. locus text. in l. corruptionem C. de usufruct. text. in §. finitur, in l. eod. tit. text. in c. fin. de pignor. & idem disponit l. 25. tit. 9. 3. part. Cujus ratio est, quia est quoddam jus personale, vel mixtum coherens personæ, ita etiam, quia si transiret ad heredem usufructuarii, de non finiret morte, proprietate remaneret perpetuo inutilis.

18 Ex quo primò infertur, quod etiam si partes expresse agant, quod talis usufructus transeat de heredibus, tantum debet transire ad primos, & non ad ultimos, text. est formalis & expressus in l. antiquitas, C. de usufructu, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, Bart. Alber. Bal. Angel. Salycet. & ibi communiter Doctores. Secundò infertur, quod talis usufructus non potest alicui concedi per contractum, vel ultimam voluntatem, quando ipse usufructuarius moritur, vel post mortem ejus, quia nulla dispositio potest conferri in tempus, quo debet extingui; text. est in *leg. usufructum, ff. de usufruct. legat. text. in l. Titio cum morietur; ff. de usufructu.* & utrobique communiter Doctores. Tertio infertur quod si usufructus concedatur alicui civitati, municipio Ecclesie, vel pio loco, non durabit perpetuo, sed tantum per centum annos, per quos solet durare vita hominis, ex prædicta ratione, ne proprietate remaneat inutilis; text. est in l. an usufructus, ff. de usufruct. & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, Olofred. Bart. Alb. Angel. Fulgos. & communiter Doct. text. in l. si usufructus municipibus ff. de usufruct. leg. & ibi communiter Doct. & idem disponit *lex penul. tit. 3. 1. 3. part.* ex quo dubitatur, an idem sit in legato annuo relicto civitati, vel pio loco, ut duret tantum per centum annos? & concluditur quod sic, ita probat text. in l. in singulari, ff. de annuis legatis, & in expreso ita tenet Bartol. in l. si usufructus municipibus, ff. de usufruct. legat. Alexand. ubi valde commendat in l. 1. §. solus, marr. 3. column. 1. Sed contrarium est tenendum, imò quod duret perpetuo & sine præfinitione temporis, quia est diversa ratio, quod in usufructu, cum hoc casu nulla proprietate reddatur inutilis, & in terminis ita tenet Gloss. ordinaria in l. penult. ff. de annuis legatis; Gloss. ordinaria in d. l. si usufructus municipibus, ff. de usufruct. legat. tenet etiam tal. melius quam alibi in l. videamus, §. de ferre ff. de in litem jorando, 2. col. n. 6. quam opinionem ego sequor. Quartò infertur, quod sicut usufructus jam constitutus finitur morte, ita etiam actio personalis competens pio eo ante quam realiter sit constitutus, text. est in l. corruptionem, C. de usufruct. & ibi communiter Doct. probat etiam text. in l. Sampromius Atralus, ff. de usufructu legat. text. in l. qui usufructum, §. hoc ita, ff. de usufruct. text. in l. 1. ff. quibus mod. usufruct. amittit.

Secundò modo, & principaliter amittitur & finitur morte civili, quando usufructuarius passus est mediam capitis diminutionem, quia condemnatus est ad penam deportationis, vel damnationem in metallum, quia tunc efficitur servus penæ habetur pro mortuo, text. est formalis & expressus in l. corruptionem, vers. fin. C. de usufructu, & ibi communiter Doct. Sed advertendum, quod hodie de jure authenticorum ista sententia & conclusio non potest procedere, quia nemo bene natus efficitur servus penæ per sententiam, nec condemnationem ad mortem civilem, text. in *authen. sed hodie, Cod. de donatione inter virum & uxorem, & in authen. unde illa sumatur,* & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores. Et ex hoc deducitur & infertur, quod *lex 25. tit. 3. 1. 3. part.* quæ videtur dicere contrarium, videtur corrupta, vel non servanda tantam iniqua, & contraria juri communi; posse tamen ista sententia, & conclusio procedere, & verificari, quando fructuarius esset condemnatus ad mortem naturalem, & non esset mandata executioni contra eum propter fugam ejus, quia tunc effectus sententia sequitur eum, & remanet servus penæ argumento text. in l. mulier in opus salinarum, ff. de captivis, & in l. relegati, ff. de penis, & in terminis ita tenet Bart. in l. qui ultimo supplicio, ff. de penis. Bald. in l. 1. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis, 3. column. in fin. Paul. de Castro, & alii Doctores in l. ejus qui, §. 1. ff. de testam. Unum tamen est, quod si talis fructuarius esset condemnatus ad mortem naturalem in absentia, proat hodie potest fieri de jure regio, non efficeretur servus penæ, ita singulariter determinat Bartol. in dicit. l. qui ultimo supplicio, ff. de penis, & in questionibus suis, quast. 1. 1. quod est notabile in practica, de quo dixi, & vide supra in l. 4. in legib. Tauri.

Item quero, an usufructus consolidatur cum proprietate dicatur venire ex causa lucrativa, etiam si originalis titulus proprietatis fuit onerosus? & videtur quod sic. Primò per text. notabilem & expressum in l. non quocunque, §. fundus, ff. de legat. 2. ubi habetur, quod si testator mihi legavit fundum alienum, & postea emerò proprietatem a domino, & per mortem usufructuarii, vel alio modo sit consolidatus usufructus cum proprietate, non potero agere ad estimationem usufructus, quia illum dicor habere ex causa lucrativa, & obstat regula, & dispositio juris, quod duæ cause lucrativæ non possint concurrere in una & eadem re, sed tantum possim agere ad pretium, quo emi proprietatem, & ad hoc notat & commendat ibi Bartolus, & communiter Doctores, & reputat singularem & unicam Albericus, & Rapha. Cuman. sed text. similis & expressus est in §. si cui fundus, Instit. de leg. & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, Faber. Angelus, & communiter Doctores. Secundò, quia jus accrescendi, & jus consolidationis equiparantur, ita mihi probat text. in l. scimus, §. repletionem, Cod. de inofficioso testam. sed pars vel portio, quæ alicui accrescit, dicitur venire ex causa lucrativa, text. est in l. unic. §. pro secundo, vers. fin. C. de caduc. tollend. & ibi notat Paulus de Castro, & alii Doctores: ergo eodem modo usufructus consolidatus dicatur venire ex causa lucrativa. Ex quo singulariter potest deduci & inferri, quod si hodie in nostro regno maritus habeat aliquam rem, vel fundum in nulla proprietate



tempore contractus matrimonii, & postea constante matrimonio usufructus sit consolidatus cum proprietate, uxor debet habere medietatem usufructus, vel alimationis ejus, virtute legum nostri regni, quibus cavetur quod lucra acquisita constante matrimonio communentur inter virum & uxorem: & in expresso istam sententiam, & conclusionem tenet originaliter Joan. Faber in d. §. si cui fundus, Inst. de legatis. Palac. Rub. ubi valde commendat in sua repetit. rub. de donat. inter virum & uxorem, fol. 322. colum. vers. ex his infero, §. 61. Roder. Suar. in l. 1. tit. 3. lib. 3. fol. 24. vers. pone quod maritus. Sed his non obstantibus, ego tento contrariam sententiam: imò, quod usufructus consolidetur, vel alimatio ejus non dividatur, nec communicetur inter maritum, & uxorem, sed totus acquiritur marito, pro qua sententia & conclusione, primò facit text. singularis in l. 4. ff. de jure dotium, ubi habetur, quod si nuda proprietates datur in dotem, & postea constante matrimonio consolidatur, usufructus censetur etiam dotalis, sicut ipsa ipsa proprietates, cujus verba sunt. Si proprietates nudè in dotem data usufructus accesserit incrementum, videtur dotis non alia dot: quemadmodum, si quod alluvione accesserit, & ad hoc notant & commendant ibi Bart. Bald. & communiter Doctores, in l. etiam, & in l. res quarum, C. eod. tit. Confirmatur, quia text. in d. l. 4. æquiparat jus consolidationi, & jus alluvioni, sed jus alluvionis accessit cum eisdem qualitatibus, quas habet primitiva & primordialis res cui accessit, ut in l. 1. & per totum titulum de alluvionibus & paludibus, & ibi notant Doctores, ergo idem sit in usufructu consolidato.

Secundò facit, quia quando quis emit nudam proprietatem, & postea consolidatur usufructus, vel aliqua pars accessit alluvione, vel alio jure, ille usufructus, vel pars quæ accessit, censetur acquisitus primævo titulo, quo proprietates fuit acquisita, & pertinet sibi, textus est in l. 3. §. si heret, ff. usufructuarius quemadmodum. text. in l. Titio, in l. si ff. de usufructu, text. in l. id quod ff. de peric. & comm. rei vend. ergo sicut in nostro casu proprietates non veniebat communicanda, ita non debet communicari usufructus, quia eod. tit. censetur habitus.

Tertiò facit, quia quando nuda proprietates obligatur, vel hypothecatur, & postea usufructus intercedit, consolidatur ille usufructus in hypothecam, text. est in l. si convenerit la 3. §. si nuda, ff. de pign. & utrobique Doctores.

Quartò facit, quia pactum vel clausula apposta in re principaliter, virtualiter extenditur ad partem, vel portionem, text. est bene notandus in l. inter socerum, §. cum inter, ff. de pactis dotalibus, text. in l. pen. ff. ut leg. text. in l. quamvis, ff. de precario.

Quintò facit, quia quando finis habet necessariam causam cum principio, semper attendimus principium, & non finem, ita probat text. in leg. damni infelli, §. Sabini, ff. de damno infelli. & ibi notat Bartol. & communiter Doctores, text. in leg. quod ait lex, §. quod ait, ff. ad leg. jul. de adult. & ibi etiam notat Bart. & communiter Doctores.

Sextò & finaliter facit bonos casus in l. verum, §. si servo communi, ff. pro soc. juncta commun opinione, & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Palac. Rub. in repetit. rub. de don. inter virum & uxorem, folio 38. tertia columna,

sibi contrarius de eo quod ante tenuerat, & in hac opinione ego resideo per prædicta fundamenta: quæ certè bene concludunt & probant.

Item etiam prosequendo materiam dico, quod 20 Servitus merè realis est illa quæ debetur à re rei, modò sit urbana, modò rustica. Pro cujus perfectæ declaratione magistrali er & resolutivè dico, quod aliud est promissio servitutis, obligatio, & actio personalis ad servitutem constituendam, aliud est ipsa servitus realiter constituta; promissio, obligatio & actio personalis ad servitutem constituendam est, quando quis ex contractu venditionis, donationis, vel ex quolibet alio contractu promittit mihi aliquam servitutem in suo fundo, quo casu ista non dicitur servitus, sed est quedam promissio, obligatio, & actio personalis, per quam possum petere, ut mihi realiter tradatur & constituatur: quia sicut in rebus corporalibus non acquiritur dominium solo titulo sine traditione, etiam in servitutibus & juribus incorporalibus, text. est formalis, & expressus in l. 3. §. dare, ff. de usufructu, text. in l. quoniam, la 2. ff. de servitutibus, tit. generali, text. in l. 1. vers. traditio, ff. de servit. rust. prad. text. in l. si à te, ff. si servitus vendicetur, text. in l. si ego, §. ff. de publicana, text. in l. 3. §. ex his, infra isto tit. text. in l. pen. ver. & si placeat, eod. tit. textus in l. heredes, §. an ea stipulatio, ff. fam. eris textus in leg. corruptionem, C. de usufructu, & utrobique communiter Doctores.

Dubium tamen singulare & subtile est, quæ sit ratio per quem in contractu & promissione hypothecæ ipso jure transit jus in re solo titulo & conventionione sine aliqua traditione, nam si quis obligat alteri bona sua generaliter, vel aliquam rem particularem pro aliquo debito, statim transfertur in creditorem jus reale hypothecæ sine aliqua traditione vera, vel ficta, & potest agere actione reali contra debitorem; & contra quemlibet alium tertium possessorem, text. est in leg. 1. ff. de pign. actio. Cujus verba sunt: Pignus contrahitur non solum traditione, sed etiam nuda conventionione, & si non traditum est, & ibi notat & commendat Bart. & communiter Doctores, textus in l. rem alienam, eod. tit. textus in l. contrahitur ff. de pignor. text. in leg. græge, §. si eodens tit. text. in l. si ibi decem, §. de pignore, ff. de pactis, textus in leg. 2. Cod. que res pignor. oblig. pos. textus in §. item Serviana, Inst. de actio. & idem disponit lex 13. tit. 5. part. In quo dubio & difficultate sit prima ratio, quia hypothecæ est parvi præjudicii, ideo nil mirum, si transeat sine aliqua traditione: dominium verò, vel jus servitutis est magis præjudicii, ideo non transit sine solemnitate traditionis. Et in terminis istam rationem ponit solus Salycetus in d. l. 1. ff. de pignor. actio. sed certè istam rationem non concludit, quia hypothecæ est magis præjudicii, & servitus potest dici parvi præjudicii. Secunda ratio in hoc difficili articulo sit, quod in aliis contractibus, licet non transeat dominium, nec jus reale sine traditione, tamen bene transit & competit actio personalis ad ipsam rem tradendam, vel jus transferendum, sed in contractu & obligatione pignoris, vel hypothecæ nulla oritur, nec competit actio, vel obligatio personalis ad ipsam rem tradendam, vel jus hypothecæ constituendum, ideo merito transit & transfertur jus reale pignoris, vel hypothecæ solo titulo & conventionione, quia aliàs titulus, vel conventio esset nullius momenti, & in

& in terminis istam rationem ponit solus Bald. in l. traditionibus, C. de pactis, penult. colum. & sequitur ibi Salycet. & Jaf. & Anton. N. ga. in tract. de pignor. primo membro tertie patris principalis, i. col. num. 1. & si quæras, qui effectus resultent ex hoc, quod ex solo titulo, vel contractu non transeat jus reale servitutis antea traditionem sed tantum obligatio, & actio personalis ad eam constituendam? dico & respondeo, quod plures & maximi effectus resultant. Primus est, quia si creditor, cui est promissa servitus vendat & alienet fundum, in cujus utilitatem fuit servitus promissa, non transit illa obligatio, vel actio personalis ad illum particularem successorem. Item etiam si debitor qui promittit servitutem vendat, vel alienet fundum, vel prædium super quo promittit servitutem, illa promissio, obligatio, & actio passiva non transit contra illum particularem successorem; & per consequens non tenetur constituere servitutem promissam, textus est formalis & expressus in l. pro parte, ff. de servit. & ibi notat & commentat Odofred. Bartol. Alberic. Bald. Angel. Paul. Fulgof. Florian. & communiter Doct. textus in l. penult. §. & si placeat, infra isto tit. textus melior de jure in l. si sub una, §. si fin. eod. tit. & ibi Glo. l. ordinaria, Bartol. Alber. Paul. Imol. & communiter Doct. Martinus Silemanus, qui plene & notabiliter loquitur in l. 3. Cod. de servit. & aqua, & ibi Cyn. Alber. Faber. Bald. Salyc. & communiter Doct. Angel. de Perus. in l. stipulationes non dividuntur, 2. col. num. 3. infra isto tit. & ibi Roman. 8. col. n. 2. Alber. & alii Doct. in l. 1. ff. de servit. Vincent. in l. executione, infra isto tit. 7. col. 7. num. 24. Jaf. in l. fin. ff. de oper. nov. nunc. col. Capolla in tractatu servit. lib. 1. cap. 38. fin. col. Specul. in rub. de emp. & vend. §. 1. ver. sed pone num. 24. Cujus vera mentalis ratio est quia obligatio, vel actio personalis, etiam causata & emanata respectu rei nunquam transit active vel passive ad particularem successorem ejusdem rei; quod est verum, procedit nedum quando actio, vel obligatio personalis est simplex, generica, & absoluta, ut si quis promittat alteri centum, & bona ejus pereant, vel alienentur, non liberatur debitor, nec tenetur possessore, text. est in l. incendium, C. si cert. per. textus in l. 1. & per totum, ff. de his, qua in fraudem, cum materia, Inst. de act. verum etiam quando actio, vel obligatio personalis est respectiva causata & emanata respectu alicujus rei; ut si quis promittat alteri centum, vel quid aliud ex tali fundo, vel re, quia similiter tunc non transit ad particularem successorem ejus: textus est singularis & expressus in l. final. §. final. ff. de contrahend. emp. ubi disponitur, quod si quis promiserit alteri dare, vel solvere certam quantitatem frumenti ex tali fundo, & postea vendidit, vel alienavit illum fundum, non tenetur emptor, vel particularem successor illud debitum, & quantitatem frumenti solvere, & ad hoc illum textum nota & commendat ibi Gloss. ordinaria, Odofred. Bartol. Alber. Bald. & communiter Doctores, probat etiam textus in l. ad huc, §. si operas, vers. quamvis, ff. de usufructu. Cujus verba sunt: Quamvis non soleat stipulari: semel qualita ad alium transire, nisi ad heredem, vel arrogatorem, text. in l. fideicommissum, §. tractatum, ff. de judic. text. in l. 1. §. si heres, ff. ad Treb. ibi, neque enim aris alieni personalis actio fundum sequitur, text. in l. quadam, §. is autem, ff. de edendo, text. in l. pen. C. de actio. & obligation. textus in aris alieni, C. de donat. text.

in l. cum prædibus, C. de verum permittat. text. in l. eum tibi, Cod. qui par. in pign. habeant. & utrobique communiter Doctores. Quod tamen limita & intellige, præterquam si creditor, cui est promissa servitus tempore, quo fundum alienavit, cessit illam obligationem, quæ sibi competeat pro ea constituenda, quia tunc emptor, vel particularis successor poterit virtute cessionis agere, ut si constituatur, imò succedet cessio generalis, quam ponunt Tabelliones in instrumentis publicis, scilicet, quod cessit omne jus reale, vel personale sibi competens in tali re. ita Paul. de Castro in l. pro parte, ff. de servit. idem etiam ante cum voluit Gloss. ordinaria, Birt & communiter Doct. in l. si sub una, §. si fin. infra isto tit. & ex illo text. singulari in dicit. l. fin. ff. de contrahend. Ex ejus generica conclusione, & juribus similibus infero aliqua notanda & quotidiana. Primò infero, quod si quis promittit solvere ex certo & determinato fundo aliquam quantitatem frumenti, vel alterius generis, & alienetur fundus, emptor, vel successor particularis non tenetur solvere.

Secundò infero, quod promissio, obligatio, vel actio activa vel passiva ad servitutem constituendam non transit ad particularem successorem feudi, ut supra dictum est.

Tertiò infero, quod si quis promittit mihi facere aliquod opus, vel ædificium in fundo meo, & ego venlo, vel alieno fundum, illa mea obligatio activa non transit ad particularem successorem, ut possit compellere debitorem facere, vel ædificare, ut in specie probat text. in leg. non solim, §. morte, ff. de opr. novi, nunc. & ibi ad hoc expressè notat & commendat Angel. & alii Doct.

Quartò infero, quod si quis promittit mihi non ædificare in tali fundo suo, & alienavit eum, non tenetur particularis successor promissionem implere, ita Specul. in tit. de emp. & vend. §. 1. vers. sed pone. Bart. & communiter Doct. in l. fin. ff. de opr. novi nunc. idem Bart. & alii Doct. in l. 3. §. opus, ff. de alien. judic. mutand. caus. fact. Bald. Salyc. & communiter Doct. in l. ea lege, C. de cond. ob caus. Quintò infero, quod si quis vendidit alteri rem, & promittit de evictione, & postea emptor alienavit rem, & ab illo particulari successore res evincatur, non poterit agere de evictione contra primum venditorem obligatum, & in terminis pro hac sententia & conclusione est textus singularis & unicus in l. si res quam ff. de evict. de quo aliàs dixi in materia evictionis. Sextò infero, quod si emptor deceptus ultra dimidiam justi pretii rem alienavit, non poterit successor ejus particularis agere contra venditorem remedio legis 2. C. de rescind. vend. de quo aliàs dixi in proprio contractu emptiois & venditionis. Septimò infero, quod si quis vendat rem suam alteri cum pacto de retrovendendo, & emptor alienavit rem, venditor primus non poterit agere contra tertium particularem successorem ad observantiam pacti; & in terminis ita tenet Paul. in l. 1. ff. de don. Ripa ubi valde commendat in leg. lins famul. §. divi, ff. de legat. 1. 18. numero §. Alexan. in cons. 10. 1. colum. quem vide. Octavò, quod si quis promittit alteri certam pecuniæ quantitatem solvendam ex tali re, vel fundo: illa re, vel fundo perempto, adhuc debetur illa quantitas, quia illa actio, vel obligatio personalis non coheret fundo, sed personæ, & talis res, nec